

/ Admodum Reverende Pater. Quod valde laudaverim libellum Reverentiae Vestrae coram Pontifice maximo, et Reverendissimis Cardinalibus, verum est; sed minus laudavi, quam dignitas, et utilitas libri merebatur. Quod mihi dedicare aliquid scriptorum suorum Reverentia
5 Vestra cogitet, non possum non libenter audire: sed tamen non aegre feram, si alteri dicaverit, qui magis honorem istum mereatur. Reliqua opera, quae Reverentia Vestra brevi se daturum in lucem dicit, libenter legam, si ad nos pervenerint. Miror Reverendissimum Episcopum Arausicanensem veterem amicum meum, de conversione Medici nihil
10 mihi significasse. Suspicio, eum rarius ad me accedere, quia novit, mihi non probari tam longam absentiam Episcoporum à grege suo; itaque fortasse metuit fraternam correptionem. Difficile est, ut summus Pontifex adduci possit, ut in Galliam transmittat subsidium pecuniarium, cum hic Romae abundet pauperibus peregrinis ex Germania, Anglia
15 Scotia, qui vel exules pro fide, vel conversi ad fidem, postulant largas eleemosynas. Venit huc ante paucos annos Medicus quidam, qui fuerat Minister Calvinistarum apud Bearnum, et non sine miraculo conversus ad fidem, osculari voluit pedes sanctissimi Patris, quod ei divinitus fuerat imperatum; is tamen, quamvis spoliatus pingui salario annuo 600 aureorum, quod pro ministerio à Bearnensibus recipiebat, nihil petiit à Pontifice, et vix viaticum pro itinere accepit, partim ab Eleemosynario summi Pontificis, partim à me: dicebat enim
20 artem suam sibi sufficere ad se, suamque familiam sustentandam. Cur non et iste Medicus idem posset? Valeat Reverentia Vestra mei memor in sanctis precibus suis. Romae die 6 Julii 1615.

R.V.

Epist. famil. CXXII. - Archiv. Vatic. Mss. Gesuit. 18 fol. 197. Brouillon autogr.

Si risponda che io non so di che libro parla la R.V. che io hab-
30 bia lodato à N.S. se per sorte non fusse un libro contra l'historia

/ Del Tuano, senza il nome dell'autore. Se è quello il libro, hebbi gran ragione di lodarlo, perche e bellissimo et utilissimo, et V.R. haverà la mercede sua da Dio. Ringratio della promessa di dedicarmi qualche opera sua, che non potra esser se non molto bella. Mon-
5 signor Vescovo d'Orange è mio amicissimo et è qua in Roma, et però mi maraviglio che non mi habbia parlato della conversione del medico. Che il Papa gli provegga, sarà difficile per havere infiniti che domandano. Ma se cotesto medico sia tanto dotto, potria sostenersi con l'arte sua, come fece un'altro che venne qua con il Sig/or
10 Duca di Nevers, il quale era Ministro con 600 scudi di provisione in Bearno, et perche era buon medico, si converti; et non volse niente, dicendo che gli bastava l'arte sua per vivere honoratamente senza quel salario della città heretica.